

tum enim illud omnia alimenta tam fluida quam  
sicca, praesertim autem ea quae fructuum dulcium  
automnalium edulia sunt, in putredinem acrem  
foede mutans, omnes humores biliosos & veneno-  
fos reddit, qui facillime febrem perniciosa pâ-  
riunt, aut dysenteriam sanguifluam, dolorificam,  
quando acres ii introrsum ad intestina convertun-  
tur, maleque illa sat nervosa irritant, illorumque  
membranas inflammationibus vellicatim lacerant.  
Talia iterum perniciosa damna facile pullulant,  
cum quis sudorificae aestatis igneo ardore, vel la-  
bore sat dominus, subdialis dormiat, post medium  
atram noctem; ventus autem subito frigidus flans,  
corpus & omnia membra ejus ssvaviter dormientis  
refrigeret, sudoremque retrocedentem reddat: tum  
enim humores aestuosi ii valde acres mistim cum  
sanguine venarum ad corpus introrsum retroceden-  
tes, fluida, quibus in visceribus commiscentur, a-  
cria redundunt. Propterea illos qui in calidioribus  
& meridionalibus regionibus habitant, maligna hæc  
semitertia magis affligit, quam eos qui in sep-  
tentrioinalibus;